

sed cum | cuncta parasset |
 edendo placitu|rus,
 tertium mu|neris ante
 valida | febre crematus |
 diem defunctus obi|it.

*Sufetulae (Sbitla) in Africa (VII 241 = 4437 vidit Wilmanns). Buecheler
 arm. epigr. 4521.*

7802 d. m. s. | Iuliae Saturninae | ann. XXXXV | uxori incompa-
 rabili, | medicae optimaе, | mulieri sanctissimae, | Cassius Philippus | ma-
 ritus ob meritis (*sic*), | h. s. e. S. t. t. l.

Emeritae (II 497 saepius descripta saec. XVII—XIX).

7803 Secunda | Livillae¹ | medica. || Ti. Claudius | Caesaris l. | Celer
 aeditus (*sic*) | a Vesta².

*Romae (VI 874 vidit Smetius). — 1) Intellegitur Caligulae soror natu mi-
 nima, cf. supra N. 183; Prosopogr. imp. Rom. II p. 229 n. 444. — 2) Cf. N. 5001.*

7804 deae sanctae meae | Primillae medicae, | L. Vibi Melitonis f., |
 vixit annis XXXVIII, | ex eis cum L. Cocceio | Aphoro XXX sine |
 querella, fecit | Aphorus coniug. | optimaе castae, | et sibi.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 7581 vidit Huebner).

7805 Scantiae Redemptae in|comparabilissimae feminae, que|ius de
 vitae documenta non sufficit | mediocritas hominum at cumulum laudis |
 pervenire, fuit namque iuvenis ista | omni genere laudis condigna: primo
 deificae | sanctitatis pudicitiae vallata honestate morum | [*in*]nata; piaetas
 in parentibus procliva, castitate inlustris | [*t*]enacitatis, magistra vercun-
 diae (*sic*), | antistis (*sic*) disciplin[ae | in] medicina fuit et innocentiae sin-
 gularis, | [*t*]alis fuit ut esset exemplum, matrimoni fuit t[*alis*] | ut contem-
 neret iuventutem, nam maritus am[*isit*] | coiugem familiarem salutis et
 vitae suae nut[*ric*.] | Haec vixit annis XXII mensib. X, | Fl. Tarentinus et
 Scantia Redempta | parentes filiae dulcissimae | sibi que fecerunt.

*Capuae (X 3980 cf. p. 976 integram accurate descr. saec. XV III Al. Symm.
 Mazochi, partem vidit nuper Dressel).*

*Aliae medicae V 5461. VI 6831. 8926. 9615. 9616 (= Or. 4251). 9617. IX 5861.
 XII 5545.*

7806 d. m. | Valeriae Berecundae iatromeae¹ | regionis suae primae,
 q. v. ann. XXXVIII | m. VIII d. XXVIII, Valeria Bitalis filia | matri dulcis-
 simae, et P. Gellius Bitalio | coiugi sauctissimae b. m. f. c. r.², et sibi |
 et Gellio Chresimo fratri, et Iuliae Chre|ste sorori, et ego Bitalio Chresten
 s. s.³, | quem (*sic*) vice filiae attendo, et liberis | eorum. Hoc monumentum
 et loci sca|lare cubiculi superioris f. c.⁴ et lib. lib. q. | p. t. r. q.⁵ eorum.
 Petrei⁶, bibas⁷.